356.

Nostra etate Jacobus henrichmanus sindelfingensis institutio
num gramaticarum politiori lima lenigatum communi studiosorum
vsui librum concessit In cuius preludente epistola execrandam
aliquorum detestatus barbariem qui primas gramatice canonas ibi
biturorum adolescentum capita non nisi temporibus et casibus dona
tirent metrisque puerorum alioqui ingenuis animis sicophantias incul
cat. gramaticam diverso docendi genere proponit a primis siquidem
exorditus elementis eorum naturam et diversorum appellationum
rationem erudite admodum perstringit Deinde octo partium orationis
capitatim disgregatarum accidentia luculenter admodum ascribit
In nomine preter cetera que a donato ac aliis gramaticis obiter tan
guntur precipua illa duo accidentia generis et inflexionem le
to calamo digerens Preceptionibus longe facillimis vnicuique
nomini quis adveniendus sit generis index articulus. quo item
inflecti ac variari singula debeant sic docens erudite vt qui
maxime. In pronomine donato concinit at in verbo preter tracta
ta ab eo supina et preterita simul cum coniugationibus regulis
seu preceptis explicat In participio aut adverbio. Coniunctione
ac interiectione a donato sola claritate dissentit ast in prepo
sitione vniuscuiusque significatione ac variam acceptionem
auctoritatibus demonstrat in his aut sic discussis id quod
comodissime secundo labori dandum erat Constructionis
regulas seu documenta annectit In quibus qui partium orationis alteri
preter barbariem congruat quod item alterius sociale vinculum ab
horreat brevissimis licet aut diminutis preceptionibus ondit
de verborum impersonalium deque gerundiorum ac infinitivorum cons
tructione que antiquos gramaticastros sit et neotericorum plurimos
varie invicem contendere ac alios aliis obloqui fecit nihil scitu
dignum omittens.

357.

Henricus bebelius natione suevus et patria iustingensis laurea
olim a divo Maximiliano Impera. insignitus non poenitende
memorie provintiam in re literaria adsumpsit a paucis an
te hac et certe karissimis poetis animadversam: Cum enim
quantitas ac mensura syllabarum nullis sit eque ac poetis nota
adeo vt dici non iniuria possit penes ipsos ius et norma loquendi
Rarus tamen huc usque tanti sit a cithara manum abstraxit dum
quantitatem syllabarum ac edendorum poematum rationem precep
tionibus perstringeret quod tamen vnus longe brevissime simul et
eruditissime bebelius effecit libellum siquidem edidit inscriptum
Ars versificandi et carminum condendorum In quo pernotatis primum